Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ut inquietudines certe commoventur quemcumque puari. Dum tu deus mi
ignoret. Ser aliunde valeat oblivisci. Quod est quod petimus ut deus mei
meminerit. Porro deus dicit. Stirpe quos aspiraverit. Unde Novit dominus qui
sunt eius. Et dicit. Nostre quos ignorabit. Unde non novi vos. Sine si de oblivisci
malorum tu malis ad bonum quaeritur. Unde Impius si egerit penitentiam omnium meorum
tuorum eius non recordabor. Et de oblivisci bonorum tu bonis ad malum quaeritur.
Dum si iustus a iustitia sua se averterit omnes iustitias eius non recordabor. Deus
quoque recordatur ad miserendum. Dum a memento mei deus quoniam vanitas est
vita mea. Quis recordatur ad puniendum. Dum memento domine filiorum Edom in
die ierusalem. Tu quoque petimus ut mei meminerit. Hoc petimus ut mihi misericordiam
secundum id. Remisce miserationem tuam domine et misericordia tua quia a saeculo sunt.
Quorum fides cognita est et nota devotio sunt qui participantur fidelibus et
devotis qui solus videbis in hostienibus qui recte credunt et devote te diligunt. Et potes remunerator et cordium deus scrutator. Omnium omnibus
zu omnium perscrutator. In cuius spiritu nulla creatura est invisibilis. Propterea
et offerimus. Et quia et offerunt. Quia dicit memento domine non solum eorum qui
bus offerimus sed et sacerdotum qui offerunt. Cum quoque sacerdos orat pro populo
mehilomnis et pro se vel ideo dicit. Offerimus vel quia et offerunt quia non solum
offerunt sacerdotes sed omnes fideles. Nam quod specialiter adimplet in ministerio sacerdotum hoc omnes agere voto fidelium. Dicant sacrificium laudis
secundum id deputi. Quidquid fiat debet omnia in laudem dei agite ut deus
laudetur in vobis vel sacrificium laudis dicit. Quia cum deo quidquid
offerimus sua sibi reddimus non mea largimur. Unde si esuriero non
dicam tibi. Meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Ergo immola deo
sacrificium laudis et redde altissimo vota tua. Vel potest sacrificium
laudis dici. Quia potest hoc deum maxime laudare debemus quia non solum se det
pro nobis in pretium sed etiam se dedit nobis in cibum. Et pro pretium redimit
nos a morte. Pro cibum alit nos ad vitam. Dum qui manducat me vivit propter
me. Pro se suisque omnibus viis. Cum sagittemus. Assimilibus ut flammis arcubus
ut armatus lux eum diligere teneamur. Et inimicos secundum id diligite
inimicos vestros. Deinde tu domine ordine caritatis secundum id. Inmo duxit me
ego in cella vinaria et ordinavit in me ~~caritatem~~ caritatem. Nam ut apostolus
aut dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Magis me ad domesticos fidei.

De tribus donis pro quibus sacrificium laudis offerunt.

Dicit. Redemptore diuitiarum qui non pro temporali lucro ut appetitu
terreno sed pro spe salutis et misericordiae id est pro salute ut misericordiae
spe vita sed spe magis salutis finis summum pro salute mentis et misericordiae
corporis. Nam utraque sanitas est ab illo qui dicit salus populi ego
sum. Deinde utraque sanitas quemque ego redemptione animae
id est de remissione peccati. Sicut econtra de reatu peccati predicit misericordiae utrumque nota sententia veritatis. Ecce sanguis inquit sanctus